



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula LXX. Resignationis facienda beneficio per proprium Rectorem
coram Episcopo cum ejus admissione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

FORMULA LXX.

*Resignationis faciende beneficio per
proprium Rectorem coram Episco-
po cum ejus admissione.*

D Rodericus &c. Universis &c.
Noveritis, quod cùm R. Presby-
ter N. Rector Parochialis Ecclesiae
Sancti N. loci N. hujus Bracharensis
Dioecesis Ecclesiam ipsam quam obti-
nebat, ex certis rationabilibus causis
ad hoc animum suum moventibus, &
principiè, quia corpore impeditus non
poterat nec potest muneri suo satisfa-
cere & animarum curæ incumbere, re-
signare intenderet Ecclesiam ipsam,
cum omnibus juribus, & pertinentiis
suis, in manibus nostris sponte & libe-
re juxta formam Constitutionis felicis
record. Pii Papæ V. resignavit, aliundè
habens, quo in vita possit commodè
sustentari, de quo nobis legitimè con-
stitut, & nos sic factam resignationem
admittere curavimus, prout tenore
præsentis publici instrumenti admitti-
mus, recepto per nos primitus ab eo-
dem N. quod in resignatione hujus-
modi non intervenit dolus &c. cor-
porali iuramento. In quorum
fidem &c. Dat. Brachare

Augustæ &c.

ALIA FORMULA.

*Resignationis alicuius beneficij in ma-
nibus ordinarii factæ coram
notario.*

N nomina Domini. Amen. No-
tum sit universis, & singulis hoc
præsens publicum instrumentum visu-
ris, lecturis, & audituris quod in loco
N. anno à nativitate ejusdem Domini
&c. indictione &c. die vero &c.
Mensis &c. Pontificatus S.D.N.&c. in
mei Notarii publici Apostolici, te-
stiumque infrascriptorum præsentia
personaliter constitutus N. &c. ex
certis rationabilibus causis ad hoc
annum suum moventibus renuntiavit,
sponte, & liberè omnibus melioribus
modò, via, & forma, quibus de jure
potuit, & debuit Parochiale seu be-
neficium N. cum omnibus juribus &
pertinentiis suis in manibus Illustrissi-
mi & R. D. Archiepiscopi N. &c. ad
quem dicti beneficij provisio spectat,
& dictus D. renuntians in verbo fa-
cercotis tacto pectore (vel ad sancta
Dei Evangelia) juravit, quod in resig-
natione hujusmodi non intervenit, nec
interveniet, nec intervenire speratur
fraus, dolus, simonia, labes, aut quævis
alia illicita pactio, vel etiam corrupte-
la, (vel & dictus D. renuntians in ma-
nibus mei Notarii corporale præstitut
juramentum, quod in resignatione &c.
(Actum in dicta Civitate N. scilicet anno,
indictione, die, mense, & Pontifica-
tu, qui-